

530 De Regia Protect. vi oppress. appell.

excessus illati ab executori, etiam Apostolico, appellatione emissae per eundem (eo quod careat in hoc articulo potestate, & jurisdictione) non deferente vim nullam fecisse, declarabit senatus, eique causam remittendam iterum processaro, ex hucusque probatis.

32 Illud tamen singulare meminisse oportebit: quod superior ad quem pro excessus executoris repositione recurrit per viam appellationis, querelæ, aut nullitatis, minime se potest intromittere in negotium principale, & executionem, sed illum dumtaxat excessum indagare, atque cognoscere, iste est text. mirabilis in l. ab execut. ff. de appell. qui dum loquitur de appellatione ab excessu commisso per executorem sententia perpetram illam interpretatio, inquit, ita tamen ut in causa appellationis reddenda, hoc solum queratur, an iure interpretatum sit, id quod etiam Divus Antonius, rescripsit, &c. & ibi etiam gl. verbo an jure. Bart. in sumario, & omnes: hoc idem dixit & optimè Specula, in tit. de appell. §. in quibus sub num. 7. citans Alber. Gal. quem refert Bald. in additione dicens, hoc tenuisse Alber. Gal. ipse in tit. de appell. vers. ult. confirmantes quod quando appellatur ab executori excedente eo quod rejectum admittendas, & legitimas exceptions in via executiva, superior judex de hujusmodi appellatione cognitus non potest cognoscere de meritis principalis causæ, sed cognosceret de exceptione tantum an jure vel

33 injuria fuerit rejecta, & in terminis nostris ut à judice requisito, à cuius excessu appellatur, ut superior non possit cognoscere, nisi articulum excessus, nec possit appellans aliam causam addere; tenet Guido Pape, quest. 574. n. 2. Vincent. Caroc. exceptio 65. n. 4.

34 Quod comprobatur ex eo, quod de ceteris appellationibus simpliciter interpolatis super causa nullitatis sententia dumtaxat ut judex superior non poterit in ista appellatione cognoscere de injustitia sententiae, de cuius nullitate tantum agitur, sed solum super ea: ita tenet Philip. Franc. in c. directe num. 11. de appell. referens sequitur Scaccia de appell. q. 17. lim. 1. n. 56. qui reddit rationem, quia cum iste judex possit adiudicatum super nullitate sententiae, ita nec poterit nisi de ea cognoscere, quia non est super injustitia simpliciter aditus, nec est hoc petuum & sic judex appellationis super ea non acquirit jurisdictionem, optimè Bal. in l. si ut proposis. 4. C. quomodo & quando judex, Franc. in c. dilecto, 63. q. 10. sub n. 2. vers. sed adverte quia, Bal. de appell. Scaccia de appell. q. 11. n. 129. ergo idem dicendum erit in hoc casu, quod tum super nullitate

35 & excessu non de simplici gravamine, & injustitia sit dumtaxat aditus superior, minime poterit se intromittere ultra contentum in libello non consentiente parte.

36 Ex eo etiam fulcitur, quoniam excessus est articulus separatus ab executione, & executorialibus, Bal. in d. l. ab executori num. 2. Gales. in tract. de oblig. camer. tit. de liquid. c. ex dictis, n. 11. Marques. in tr. de commiss. p. cap. 24. n. 28. in fin. & num. seq. ubi dicit, quod hujusmodi commissio super appellatione ab executionis excessu conceditur in Curia specialiter de excessu; quare omnes aliae clausæ ex quibus turbari, impediti, suspensi-

37 di aut retardari posserit aliquo executio negotii principalis commissa, delenda sunt prout delentur & nam cum iste praetensus excessus commissionis non repugnet, nec contradicat sententiae, & executorialibus, commissio hæc, ac per consequens inhibitio ejus vigore emananda, & decernenda per secundum executori, cui dirigitur, venit restringenda, & arcta ad prefatum excessum dumtaxat citat ad id doctrinam Saliceti, in l. ab executione n. 13. & Bart. in l. ab executori n. 14. quibus adjunge quæ diximus sup. à cap. 3. 3. p. in princ. a. n. 15. cum seqq. & sursum facit quod latè supra hac 4. p. c. 3. vers. ac insuper executor, à num. 65. cum seqq.

38 Facit etiam doctrina ipsius Marques. tract. de com-

missio. 1. p. cap. 16. à num. 59. fol. 173. ubi dicit, quod quamvis adiut Cameralis obligationis executioni, si tamen ab excessu appellari contigerit, datur commissio simplex, quia est excessus contractum non tangens, nec obligationem prædictam, secundum Bal. in l. 2. in fin. ff. de executione re jud. Plotus in l. fin. colum. fin. vers. nota C. de bonis vacanti. Bart. in l. ab executori num. 13. ff. de appell. iff. in l. properandum §. fin. autem, num. 25. C. de iudiciis, & quod excessus executoris quid diversum, distinctum sit, & separatum à commissione, & jurisdictione mandata, probat Castell. à Bobad. in polit. lib. 2. cap. 21. sub num. 19. De quo etiam vide infra cap. 14. a n. 204. cum seqq.

Ultimum pro necessario complemento hujus materiae illud utilissimum non erit omittendum, ad quem namque judicem erit appellandum ab excessu executionis, ut ei tanquam legitimam propositionem sit undeferendum; & licet ad Princ. hujus c. aliquid obiser tetigimus, tamen in hac difficultate duæ conclusiones cum suis illationibus, seu exemplificantibus proponendæ sunt, quæ fundantur in illa doctrina præ oculis habendæ, è ejus judicis facto & gravamine appellatio prorumpatur: ut ad illius superiorum sit recurrentem pro illius prosecutione, & gravaminis repositione.

Quo supposito prima erit conclusio, quod si ipse met executor qui tulit sententiam, exequatur, ab ejusque excessu, & gravamine contingat appellari, absque dubio erit appellandum ad ejusdem judicis superiorum, ita post Bar. in l. à Divo Pio. §. sententia Romæ ff. de re jud. & in l. ab executori, ff. de appell. probant Abb. in c. quad consultationem n. 28. in princ. ff. de sent. & re jud. Rebuff. in tract. de sent. execut. art. 7. gl. 13. n. 3. vers. fallit, tom. 1. folio 378. Scaccia tract. de appellat. quib. 17. limit. 10. num. 67.

Ex hac verissima conclusione primò infertur, quod si ipse judex non per se ipsum exequatur, sed per summum, & nudum ministrum, cui dedit ce tum & limitatum mandatum, nuntius ipse non excedit sed ad unguem adimpletur, tunc si condemnatus ex mandato senserit se gravatum, à tali gravamine, & excessu erit appellandum, non ad judicem qui commisit executionem, sed ad ejus superiorum, quia factum per hunc nuntium executorum, tangit judicem committentem, illique attribuitur, non gerenti; quia iste non est qui gravat, sed judex qui commisit; ita docet Bart. in l. ab execut. colum. 2. ff. de appell. pulchre Rebuff. ubi proximè, jub. num. 3. vers. fallit quando, bene etiam probat Ab. Panor. in d. c. quoad consultation. sub n. 28. vers. primo casu, aut nuncius exequitur, Scaccia ubi proximè sub n. 67. quam doctrinam pulchre temperat Rebuff. ubi proxime d. num. 3. ad fin. ut procedat, quando appellatur à commissione, & specificè à facto ipsius judicis committentis, securus autem quando simpliciter appellatur ab executori, & nuntio, ideoque debere appellari à commissione & ab inde sequutis, si recte sit appellandum, advertit Rebuff. ibi, atque etiam testatur, ita census Senatum anno 1540. Novembris quæ doctrina vera est.

Ex eadem conclusione secundò infero, quod si judex qui tulit sententiam requirit judicem alterius territorii, in quo sita est res (juxta ea quæ infra c. 6.) tunc ipse requirens suo mandato gravet, puta; quia requirit eum, & mandat, ut prius exequatur sententiam in immobilibus, aut juribus, & actionibus; & tunc si ab hoc gravamine appelletur, debet appellari non ad ipsum remittentem, sed ad ejus superiorum, quia remittens gravat, ab ejus facto appellatur, tenet Ab. in d. cap. quoad consult. vers. aut alterius judex non exequitur tenet etiam post alios Rebuff. ubi proximè n. 5. Scaccia n. 68. vers. aut gravat judex requires. quia tunc dicitur imploratum auxilium facti, siveque præstante illud non excedit fines auxilii petiti, quare ad superiorum 47 judicis

judicis requirentis erit appellandum; qui Doctores illud reddunt exemplum quod si judex secularis præstat in executione familiam Episcopo modum excedenti in eadem executione, appellabitur ad Archiepiscopum, vel ad Papam, non autem ad superiorem secularis is, &c. quia ipse non gravat, nec à gravamine illato appellatur, tanquam gesto à requisito judge, sed tanquam à gesto per requirentem, cujus imaginem repræsentat; & licet Ab. ubi proximè, dixerit, appellari etiam posse ad superiorum judicis laici, tamen himi non placet, nec Scaccia, nuper citato, num. 68. in fin.

39 Secunda conclusio sit, quod quando appellatur à gravamine factio ab executori delegato, seu nuntio, cui commissa est executione sententiae, puta quia ipse executor excedit fines mandati, tunc ad ipsum judicem delegantem, seu committentem executionem appellandum est, ita Ab. ubi supra tradit B. in l. D. Pio. §. 2. in fin. ff. re de jud. per quæ & per l. ubi secundum unam lecturam, ff. qui satisf. cog. tenet Rebuff. in tract. de sent. execut. art. 7. gl. 13. n. 2. ubi ita dictum fuisse in facti contingentia, testatur, sequitur Scaccia de appellat. q. 17. limit. 10. sub n. 97. vers. secundis nuntiis seu executor. Fel. in c. pastoral. §. præterea in prime. de off. & potest. ind. deleg. Alex. confil. 95. l. 7. Beroi. conf. 32. n. 18. lib. 4. Lanc. Robert. de accent. a. part. c. 12. limit. 53. a. num. 19. & diximus ad princ. hujus cap. ubi alia adduximus in comprobationem hujus conclusionis.

40 Hæc tamen conclusio fallit in judge requisito pro executione alicuius sententiae, quia si ipse excederit fines mandati, & executionis, non ad judicem requirentem, sed ad superiorum judicis requisiti gravantis erit appellandum, quia appellatur à gravamine, & facto hujus judicis exequientur jure proprio, non ut delegatus alterius judicis, ita si loquuntur Rebuff. d. tract. de sent. execut. art. 7. gl. 13. n. 3. vers. fallit, tom. 1. folio 378. Scaccia tract. de appellat. quib. 17. limit. 10. n. 68. Rebuff. allegat ad id iff. & alios.

50 Sed horum Doctorum assertio ex ratione regulanda erit, ita ut sit amplectanda in casu, in quo milita duntexat, nempe quando judex exequitur jure proprio iuxta terminos text. in c. Rom. contrahentes, de for. compil. 6. scilicet quando ad illum judicem sit contractas executio remissa, quia ad illum spectat, quia tunc jure proprio exequitur, quo casu nihil mirum, ut ad ejus superiorum appelletur, at vero quando judex, qui tulit sententiam, committit executionem facti judici alterius territorii, ubi res existit super qua executio, seu missio facienda est, tunc iste judex sic requisitus dicitur judex delegatus, & executor sententiae, & mandati judicis requirentis, ita exp̄les probant Joan. Ferrat. in præl. in for. execut. sentent. diffin. sub num. 14. fol. 177. Gratian. disceptat. for. cap. 14. num. 7. Pez in præx. 5. part. tom. 1. cap. 2. n. 10. fol. 101. Covar. in præt. quest. cap. 10. sub n. 7. ad med. cap. 16. sub n. 5. & probat text. in l. à D. Pio. §. sententia Romæ, & §. si super rebus, (qui ab illo dependet) juxta mirabilem intellectum traditum à Covarruvia sub d. n. 5. quem vide) ff. de re jud. & sic in hoc casu à ratione cessante, dicendum, est ut ab hujusmodi executoris excessu, cum procedat ut delegatus; debet appellari ad judicem requirentem juxta quæ dicunt Doctores in conclusione secunda citati, & hanc interpretationem claret sententia Abb. Panor. in d. 6. quoad consultationem num. 28. in fin. & n. 29. cùmque videatur etiam tenere Parlad. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 2. p. §. 3. num. 9. dum pro resolutione hujus doctrinæ, se remittit ad d. Ab. ibi, & satis probatur ex his, quæ supra in 2. illatione prime conclusionis, maximè cum pro hac doctrina juris negoti principium, dictans, ut à delegato, sive à Principe, sive ab ordinario inferiori, appelletur ad delegantem, latè prosequitur Scaccia de appellat. q. 8. à num. 14. cum pluribus seq. cuius articuli resolutio difficilis est.

Salvado de protest. Reg.

Hæc tamen nostra resolutio uno modo fallit, quando Judex secularis petens auxilium ab Ecclesiastico pro executione sua sententiae, & ipse excedendo interponit auxilium juris, puta excommunicando, quia tunc appellandum alt ad superiorum judicis excommunicantur, ut tenet Ab. Rebuff. Scac. locis proximè citatis, quia tunc ea ratione puto procedere, quia judex secularis non potest de gravamine excommunicationis cognoscere, nec illud revocare.

CAPUT V.

Quid inter se distent, quod procedendi modum, executor speciei certæ, & executor quantitatis, usive incorporalis, & executor facti hoc est, compulsor ad factum præcisum: & an, & quando ab eis absque citatione precedentibus, seu excedentibus, emittantur appellationi minimè deferentibus, vis fiat?

SUMMARIUM.

- 1 Executorialium judicium ab ordine judiciorum etiam sumario in illum dicitur.
- 2 Via executiva est summaria, tamen magis accelerata quam simplex summarium judicium.
- 3 In iudicio summario agitur an debetur, in executivo quonodo solvatur.
- 4 Causa est summaria, ergo executiva: non valet argumentum: causa est executiva, ergo summaria valet.
- 5 Iudicium hujus sententia exequitur non obstante appellatione non dieetur executivum.
- 6 Citationem in via executiva non requiri qui teneantur.
- 7 Citationem in executorialium executione requiri qui teneantur.
- 8 Executio quando sit ab eo judice vel ejus executori, super eadem re super qua lata est sententia, citationem non requirit.
- 9 Executio ubi est facta rei judicis aut litigantis condemnati persona requirit citationem precise.
- 10 In quolibet iudicio ubi rei aut personæ datur mutatio, nova citatio præcisa est, etiam si omnes necessarie praecessent.
- 11 Executio ubi est facienda in persona specialiter non nominata, in executorialibus citatio an necessaria sit.
- 12 Bona debitoris ubi capienda sunt subhaftanda pro executione quantitatis contentia in sententia, requiriur citatio.
- 13 De quo executionis facta citatio bac sit facienda, ibidem. Declara ut.
- 14 In executorialium executione pro quantitate debet intimari debitorum ut solvatur.
- 15 Secundum instrumentum continet tempus determinatum, quia tunc ipse interpellat.
- 16 Executio & ejus acta corruunt si omittatur necessaria citatio.
- 17 Ab executore omittente necessariam citationem appellationi emissâ esse deferendum decernit Senatus Regius.
- 18 Executio meritis est cui nudum factum committitur & executor, discussis omnibus que apponi poterant executio sententia.
- 19 Executor meritis si citaverit, non tenetur citatum expectare, quia non potest assumere partes judicis, & jurisdictionem commissam usurpare.
- 20 Appellationi emissâ a citato per merum executorum exercitorum illorum qui non tenetur expectare, non citare deferendum.
- 21 Executorialium executores non eodem modo sed diversimode omnes sententias effecti irradunt.

Y 2 Executive